

1177

1994
A
1386





COLLEGII PVBLICI,
 DISPVTATIO DVODECIMA,
DE IVDICIIS,
 EORVMQVE ORDI-
 NARIO PROCESSV.

Succinctis aliquot Conclusionibus ex vtroq; Iure, Con-
 stit. Imperij, & Ordin. Cam. desumpta, & ad ho-
 diernum fori vsum accommodata.

QVAM

Diuino moderante Numine,

SVB PRÆSIDIO

Clariss. & Consultissimorum Virorum:

Dn. PETRI OSTERMANNI, I. V. Doctoris, &
 Dn. ARNOLDI MAESS, SS. LL. Licentiati,
 respectiuè Dictatoris & Fiscii.

*In publico amplissima Facultatis Iuridica, qua est in alma Vbi-
 rum Colonia, Coll. gio, publica disquisi-
 tioni submittit.*

GEORGIVS KVMPSTHOF Tremoniensis,
 17. Maij, Anno 1629.

12.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
 Excudebat Petrus Metternich, prope Augustinianos.



CONTINUATIO.



VISI præcedenti & aliquot anterioribus Disputatio-
 nibus quomodo tum Exceptionibus ordinarijs, Pa-
 ctorum, Transactionum, &c. Tum Extraordinarijs
 Restitutionum in integrum remedijs forum declinari,
 & difficiles litis dubiæ sumptus & molestiæ euitari
 possint: Quibus deficientibus tandem ad ipsum iu-
 diciū, quod lapis angularis totius legalis nostræ sci-
 entię est *Mar. in proem. Specul. aur. n. 21.* peruenitur. De eo igitur eiusq;
 ordinario Processu iam tractationem vt suscipiamus iusta methodus
 postulat.

CONCLUSIO PRIMA.

VT recto ordine iudicij telam exordiar, ante omnia considerandū ve-
 nit, quo modo seu quā viā litigaturo ad eius principiū perueniendū
 sit, ne temere in illud prorumpens oleum & operam perdat, & tandem cum
 condemnatione expensarum, damni, & interesse à limine eius, iuxta §. 1. *Inst.*
pæn. tem. lit. repellatur.

2. Peruenitur autem ad iudiciū quatuor potissimum modis: aut enim
 per viam actionis, dum actione ciuili, quod nostrum est, vel nobis debetur,
 persequimur §. 1. & *tot tit. Inst. & ff. de act.* aut per modum accusationis, in-
 stituta scilicet per querelam seu libellum actione criminali contra culpa-
 bilem, de quo *tot tit. ff. & C. de accusat.* aut tertio per inquisitionem, quan-
 do iudex ex officio, præcedente fama publica, vel denunciatione a fide di-
 gnis, procedit: aut denique per imploratōnem officij iudicis, dum iudex
 ad alicuius instantiam, qui alias nullam ordinariam iuris viam habet, of-
 ficiū suū impertit, *arg. l. fin. C. de iud. lib.*

3. Eo sic præuio rem ipsam à descriptione eius aggrediar: Et quamuis
 multis modis iudiciū in iure nostro accipiatur de quibus latè *Dd. Duar.*
in pr. h. t. Schard. in lexico suo, verb. iudiciū. Marant. part. 1. per tot. qui tredecim
 huius vocabuli significata enumerat. Nobis in præsentī materia est le-
 gitima rei controuersæ inter litigantes apud iudicē disceptatio & dijudi-
 catio, *arg. c. forus. 10. ver. dū discut. tur. de V. O. Trent. hac d. sp. th. 1. lit. B. V. Ves.*
par. t. h. n. 5. & n. . C. eod. Schneid. ad §. fin. n. . Inst. pæn. tem. lit. Dissent. di-
 uersimodè *Dd.* in definitione iudicij: alij quippe iudicis officium, alij actū
 trium personarum in iudicio contendentium, alij aliter definiunt, de quibus
vid. Mar. part. 2. Specul. aur. à n. 1. vsque ad n. 12. qui varias variorum defini-
 tiones proponit, examinat, & refellit.

4. Huius variæ ac multiplices pro varietate causarum sunt diuisiones,
 quarum aliquot saltem primordijs labris, quod dici assolet, delibabo.

5. Primo à sua forma, quæ in omni Processu iudiciario aut solemnī, ut

minus solemnis est, diuiditur in Ordinarium & Extraordinarium.

6. Ordinarium, in quo causa controuersa secundum solemnem & vsitatum iuris ordinem, interueniente libello, litis contestatione, publicatione, probatione, & alijs iuris positiui solennitatibus disceptatur, & cum plena eius cognitione deciditur *iuxta l. 1. C. Execut. rei iudic. l. 1. & auth. offeratur. seq. C. lit. contest. l. 9. C. iudic. l. 4. & 7. C. sent. & interlocut. Mar. part. 4. dist. 9. n. 1. Harpp. conclus. 3. decad. 1. n. 2. de Proces. iud.* quo regulariter omnes causae per viam competentis actionis intentatae, siue primae, siue secundae, siue vltiorum instantiarum eae sint, decidendae pertinent, isq; Processus, vt in omnibus inferioribus iudicijs ad euitandas Nullitates praecise seruetur, Constit. Imperij, quae est *in ord. Cam. part. 2. tit. 1.* expressè cautum est: Speciales tamen solennitates & ritus, cuiusmodi hodie omnes ferè tam Prouinciæ quam benè constitutæ Respub. habent, quasq; stylum Curiae vocare solent, eam constitutione non improbantur, sed potius confirmantur per verba sequentia *d. tit. in pr. ibi.* Das gleichwol mit dem Process nach eines jeden Fürstenthumbs/ Graffschafft vnd Obrigkeit löblichen herkommen vnd Brauch gehandelt werde.

7. Extraordinarium, in quo solennis & ordinarius ille procedendi modus non obseruatur; sed quomodocunque sine figura & strepitu iudicij, sola facti veritate inspecta, proceditur *Clem. sepè 2. V. S. Clem. dispendiosã 2. iud. c. ea quae 8. S. quod si Abbas de stat. monach. Marant. part. 4. dist. 9. & 10. per tot. Vult. lib. 2. I. R. c. 25. in fin.* Dummodo igitur iudici de veritate sufficienter pateat, potest in hoc summario processu, omissis iuris solennitatibus etiam substantialibus, validam proferre sententiam *Mar. d. loc.* Actus tamen seu solennitates, quae iure positiuo non; sed naturali seu diuino, vt sunt citatio, defensio, necessariae probationes, sententia, veniunt, citra Nullitatis admissionem omitti planè non possunt, *d. clem. 2. vers. non sic tamen. Treut. disp. hac th. 1. lit. C. ibidemq; allegati Dd.*

8. Huiusmodi sunt causae momentaneae possess. causae Ecclesiasticae, vbi de praebendis, canonicatibus, si scilicet de tit. beneficij inter clericos controuersia esset, *Mar. d. loc.* Item causae in quibus Princeps specialiter committit, vt procedatur de plano, etiamsi eae alias ordinarium Processum requirerent, &c.

9. In Camera paulò aliter causae ordinariae & extraordinariae accipiuntur. Nam ibi omnes causae pertinent vel ad Nouas vel ad praefixas: Haec iterum vel ad ordinarias vel Extraordinarias, *Schvvan. in Process. Cam. lib. 1. c. 35. & seq.* Et praeterea aduertendum, quod in Camera in causis ordinarijs certi puncti sint, qui ad Extraordinarias pertineant, v. g. in causis appellationum, punctus iustificationis formalium, punctus editionis actorum, item vbi ad poenam Compulsorium agitur, &c. ad Extraordinarias pertinent, etiamsi ipsa principalis causa appellationis ordinaria sit *Ord. part. 3. tit. 31. S. Und sollen in solchen.* Et sic vice versa: punctus partitionis in Mandatis sine: vel

vel cum clausula, in ordinarijs seu Nouis tractandus est, *Visit. Abscheide de Anno 68. §. Demnach auch.* Cum tamen ipsæ causæ Mandatorum vigore ordinationis Extraordinariæ sint *d. p. 3. t. 3. vers.* sollen alle Sachen Mandatorū.

10. De ordine & ritu, qui iure veteri in formulis solemnibus, earumq; impetratione constitit, cum Imperatorum Constitutionibus planè antiquatus sit, vt solliciti sumus opus non est.

11. Secundo, ratione finis diuiditur iudicium in ciuile & criminale.

12. Illud, in quo agitur principaliter ad priuatum propriumq; commodum, siue ex contractu, siue ex delicto actio descendat *l. locatio. 9. §. 5. vers. alterum enim. ff. publ. & vectig. §. in summa. 10. Instit. iniur. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 1.* vbi huius diuisionis vtilitatem maximam multis articulis ostendit. Dummodo tamen nō ex delicto infamante actio nascatur, eo casu enim iuxta *Foller. in addit. ad Mar. p. 4. dist. 1. n. 3.* ibidemq; allegatos *Bart. Bald. Abbat. Et Sichard. ad rubr. C. h. t. n. 14.* causa criminalis ciuilitè intentata dicitur.

13. Hoc tendit principaliter ad vindictam publicam, siue agatur ad poenam corporis inflictiuam, siue pecuniariam Fisco applicandam, iuxta magis communem opinionem *Dd. ad d. §. 10. Instit. iniur. Clar. d. lib. 5. §. fin. q. 1.* vbi dissentientes tum *Gloss.* tum *Dd.* opiniones recenset, easq; refutat *Gail. 1. obs. 65 n. 2. & lib. 1. P. P. c. 15 n. 24. Sichard. ad rubr. C. h. t. n. 12. Schneid. ad pr. Instit. de obl. ex delict. n. 9. Menoch lib. 2. Arb. iud. q. cas. 265.* vbi eleganter l. 22. ad *SCt. Syllan.* quæ hætenus multos valdè torfit, declarat.

14. Cumulari vtraque hæc actio tunc potest, quando ad diuersos fines, criminalis scil. ad vindictam, ciuilis vero ad persecutionē rei familiaris tendit *l. præter edixit §. si dicatur. l. 23. §. 9. ad L. Aquil.* imò etiam vno eodemq; libello, si modo criminalis principaliter, ciuilis vero incidenter intentata fuerit, v. g. si actor petat vulnerantem puniri & condemnari secundum formam iuris vel statuti, & deinde quasi per implorationem officij iudicis, cum refusione damni, interesse & expensarum, &c. Et ita consuetudine receptū esse, & obseruari probat *Clar. per multas Dd. autoritates in d. §. fin. lib. 5. sent. quest. 2.*

15. Sic itidem in *Constit. Imperij* ratione fractæ pacis pub. vt sc. ad poenam banni, & persecutionem rei familiaris procedi liceat, expressis textibus sancitum est, *Ord. p. 2. t. 9. §. Wir wollen auch. Et Constit. Pac. pub. profan. de Anno 548. tit. Dasz am Cammergericht/nicht allein auff die Poen/ze. ibi, dasz zu desz beschädigten gefallen stehen soll/wider den Thäter auff die Poen der Rechten vnd desz Landfriedens/vnd vmb die zugesügte Beschädigung NIT vnd NBBEN obgemelten Poenen zu procedieren.*

16. Secus est in actione iniuriarum: Nam etiamsi ratione iniuriæ & criminaliter & ciuilitè iuxta *§. in summa. de iniur.* agi possit, tamen cumulari hæc actiones, quia vtraque ad vindictam tendit, non possunt; Ex quo enim iniuriam, verbalem maximè, quis passus, nullum rei familiaris sentit damnum, ideoq; nec eius; sed saltem poenæ persecutionem habere potest, *Mar. d. p. 1.*

dist. 1. n. 16. in fin. vbi dicit quod attentâ hac obseruatione multi accusato-
rij libelli in praxi in similibus casibus infringi possent.

17. Tertio iudicium aut est petitorium, aut possessorium.

18. Petitorium est, in quo agitur de rei controuersâ proprietate, seu do-
minio, vel quasi, puta si petit. hæreditatis, rei vend. Confessoria, vel Nega-
toria in iudicium deducatur, *Menoch. in prælud. tract. de recup. possess. n. 7. & 8.*
Schneid. in pr. de interd. ct. n. 4. Harpp. de process. iudi. de ad 1. con l. 6. n. 1. In
quo iudicio actor proprietatem seu dominium rei petitiâ plenè probare te-
netur, §. 4. *de interd. ct.* si enim in probatione eius deficiat, reus etiam si nihil
præstiterit, aut quicquam de iure suo probauerit, ab instituta contra eum
actione absolendus est, *per vulg.*

19. Cum autem dominium vel quasi, sit difficillimæ probationis, vt patet
ex c. pastoralis. de caus. possess. Hinc ICt. Caius in l. is qui. ff. rei vend. acturo
optimum consilium præbuit, vt scil. animaduertat, an aliquo remedio pos-
sessorio contra aduersarium vti possit: Nam si illud habere possit, & in eo
obtineat, actionem & onera probationis dominij in eum diriget, & sic actor
in possessorio, reus in petitorio existet.

20. Possessorium iudicium est, in quo de mera & nuda possessione rei
controuersâ litigatur *Menoch. supra d. loc. Vult. in pr. de interd. Harp. d. con-
clus. 6. n. 4.*

21. Estq; aliud adipiscendæ possessionis; Quod competit his, qui iam
primum possessionem rei, quam antea nunquam habuerunt, adipisci conan-
tur, idque vel remedio: Quorum bonorum: quorum legatorum: vel re-
medio Saluiano. Quæ remedia etiam si petitioni hæreditatis, & actioni Sal-
uianæ in multis æquiparentur, tamen quoad obiectionem Exceptionis do-
minij, tum etiam effectum suspensiuum Executionis, qui per appellationem
in his ordinarijs, non illis extraordinarijs interponi potest, longè utiliora
istis ordinarijs actionibus sunt. *arg. l. 1. C. si de moment. possess. fuer. appell. Mar.
d. part. 4. dist. 7. n. 9.*

22. Aliud retinendæ possess. quod datur ei, qui in possessione sua ab aliquo
vi turbatiuâ, vti loquuntur Dd. inquietatur, Ad quod duo à Prætoze prodi-
ta sunt remedia, vnum: vti possidetis, alterum: vtrubi.

23. Hic obiter notandum, quod actor tria in libello suo super hoc pos-
sessorio deducere & petere debeat, primo, vt aduersarius à turbatione de-
sistat, & possessorem possessione sua quietè vti sinat: secundo, vt cautionem
de nō amplius turbando: & tertio, vt interesse præteritæ turbationis præ-
stet *Mar. d. p. 4. dist. 7. n. 34. latè Menoch. de remed. retin. possess. Afflic. decis. 327.
& decis. 94.*

24. Cum autem plerumque vterque litigantium se hoc possessorio vti,
& quilibet se possidere, actusque possessorios exercere contendat & dedu-
cat, nec facile, quis turbans, aut quis possidens sit, videri possit, illo casu is
obtinebit, qui de antiquiori possessione accuratius probauerit, *per c. licet. de
probat.*

probat. ibidem q. gloss. Et hoc procedit, etiamsi is, qui iuniorem possessionem docuerit, simul de titulo probet, vt communiter tradunt: Ex quo enim duo in solidum eandem rem possidere non possunt, præsumitur secunda seu iunior possessio vi, clā, aut precario inducta, vt ait *Afflict. d. decis. 327 n. 2. Gail. de pig. c. 3. & seqq.* Secus est si quo ad tempus æqualis sit vtriusq; possessio, nec de antiquiori constare possit, tunc enim qui de titulata probauerit possessione, obtinebit *Schne d. de retin. possess.* Hinc quæri solet? an in libello possessorij remedij articulus super proprietate simul poni possit, qui vt impertinens non reiiciatur. Quod affirmo *cum Gail. de pig. c. 22. Schneid. d. remed. retin. possess.* Si modo non principaliter, vt super eo sententia feratur; sed tantum ad colorandum possessorium ponatur, idq; ad illum effectum, vt si vtraque pars de possessione æqualiter probauerit, obtineat is, qui de titulo suæ possessionis docuerit.

25. Vltior se hic offert Quæstio. Quid iudici, si vtraque pars tam de titulo, quam tempore, & ita æqualiter per omnia probauerit, faciendum sit, vbi dissentientes sunt Dd. opiniones? Ego cum Bart. *ad l. si duo. in pr. ff. vti possidetis.* vtrique litigantium, partem dimidiam pro indiuiso, donec sententia in petitorio feratur, possidendam adiudicandam, & vtrique ne alterum in possessione suæ medietatis turbet, præcipiendum, tutius esse statuo, vt etiam anno 627. in Dicafterio Duffeldorpiensi, in causa viduæ O. contra nobilem de R. decisum & iudicatum esse acta istius causæ ostendunt. Inter immediatos imperij, si huiusmodi casus eueniat, & propter litigiosam possessionem timor armorum, vt inter primordios Imperij status sæpius euenire solet, appareat, tunc cessante priuilegio Austregarum *per constit. imperij de anno 548. Augusta promulg. & ord. Cam. p. 2. tit. 21.* Iudex & Assess. Cameræ vel ad instantiam, vel ex officio possessionem litigiosam sequestrare, & quisnam litigantium potiora iura possessionis habeat, summarie ohne einigen gerichtlichen Proceß oder andere weitläufige aufsführung der Sachen cognoscere, & desuper sententiam ferre debent *Ord. d. tit. 5. fin.*

26. Aliud denique est recuperandæ possessionis, quo ei, qui vi expulsus à possessione sua expulsus & deiectus est, ad eam recuperandam succurritur *§. recuperanda, Instit. interdict.*

27. Quemadmodum autem omnia iura eiusmodi violentas turbationes & spolia valdè execrantur, ita non modo iure ciuili & Canonico varijs & plurimis interdictis & remedijs: principaliter interdicto, vnde *vi. de quo tot. tit. ff. vi & vi arm. interdicto legis: si quis in tantam. C. vnde vi. remedio Canonis, redintegrandæ. 3. quest. 1.* Et alijs, de quibus latè *Menock. Phil. Franc. Mar. de remed. recup. possess.* eadem coercentur; verum etiam Nouiss. iure, per Constit. Imperatorum Maximiliani I. Caroli V. & communibus statuum Imperij suffragijs promulgatas, saluberrime prouisum est, vt eiusmodi violenti turbatores, welche mit gewaltiger That vnd gewehrter hande einen andern seiner Possesß vnd einhabens freuentlich entsetzen würden/ de quibus la-

tus

tius constit. pac. publ. de anno 48. in pr. quam primum in Camera imperiali sine vlla fori præscriptione, *Ord. d. p. 2. tit. 9. n. rubr.* conueniri, & contra eos præter poenas iuris communis *L. Iul. de vi pub. vel statutorum,* ad poenam banni imperialis *d. constit. Imperij de anno 48. tit. daß am Cammergericht. & ord. p. 2. tit. 9. Wir wollen auch.* procedi possit.

28. Et hoc non tantum in immediatis, de quibus planè dubium non est, sed etiam ijs, qui mediatè imperio subsunt, obtinet, si modo turbatio seu eiectione fiat *mit gewaltiger That / vnd gewehrter Handt.* vt exinde publica tranquillitas periclitari posset *per text in rubr. ibi. vngeachtet ob sie mit oder ohne Mittel dem Reich vnderworfen.* *Gail. de P. P. lib. 1. c. 1 n. 9. Schvvan. lib. . Process. Cam. c. 14. n. 11.*

29. Plures alias & multifariam varias iudiciorum diuisiones recenset *Vvesenb. in parat. ff & C. h. t. Mar. tot. p. 4. Aur. Spec. Richard ad rubr. C. h. t. n. 5. 9. 8. 11. 15 & c.* Hæc pro instituti nostri ratione, sufficiat recensuisse.

30. Præuia sic definitione & diuisionibus iudiciorum, ad ipsum iudicij ordinis processum deuenio, quem non incommodè in preparatoria, substantialia, & decisoria, *sequendo Gail. 1. obseruat. 74. nu. 3. Mar. p. 9. de inquis. in pr. Vult. ib. 2. c. 27. & ord. Cam. p. 3. per tot.* diuidendum esse puto.

31. Præparatoria iudicij dicuntur omnia, quæ in principio controuersiaæ vsque ad litis contestationem exclusiue tractantur, & à Dd. ad certos actus seu membra, succincta methodo referuntur, cuiusmodi sunt citatio, libelli oblatio, exceptionum oppositio, contumacia, procuratoris constitutio, libelli mutatio, reconuentio, satisfactio, &c. De quibus cum magna ex parte in antegressis disputationibus à Nobilibus. & præstantiss. Dominis meis collegijs doctissimo Marte & sufficienter tractatum sit, hic de ijs tantum, quæ necdum mota sunt, prout instituti ratio postulat, agam; Et primo quidem de Exceptionis obiectione.

32. Emanatâ namq; & reproductâ citatione, libello item oblato, & procuratore constituto, cõsequens est vt exceptiones declinatoriaæ & dilatoriaæ litis ingressum impediens à reo obijciantur *l. pen. & vlt. C. except. . 9. C. probat: Myns. 1. obs. 54. Ord. p. 3. tit. 3 §. 1. & fin. & tit. 24. §. fin.* Quarum si reus plures & ex diuersis capitibus obijciendas habeat, iuxta præscriptum iuris communis *per l. 9. C. except.* eas successiue: iuxta *Ord. Cam. vero simul & semel proponere debet Ord. d. p. 3. tit. 24.* Et in ijs, suspensa tãdiu causa principali replicando, duplicando, & concludendo, donec interlocutoria iudicis hic punctus decidatur, procedendum est, *Co. st. Imper. de anno 9. §. vnd setzen demnach.* Et quamuis, vt dictum est, hæ exceptiones ex diuersis capitibus orientur, vt plurimum tamè in duplici differentia considerari possunt: aut enim contra personas iudicium constituentes, aut ipsa merita causæ obijciuntur.

33. Personæ iudicium quoduis constituentes, aut sunt principales, aut minus principales seu accessoriaæ.

34. Prin-

34. Principales sunt, sine quibus iudiciū nullum consistere potest, quales sunt iudex, & coram eo litigantes, actor & reus: Quæ ita in omni iudicio sunt necessariae, vt vna deficiente, iudicium omne corruat: Interdum tamen in causis criminalibus loco actoris seu accusatoris, fama publica & inquisitio iudicis succedit; Sicuti in inquisitione generali, vbi iudex ex officio, super notorio crimine per indicia procedit, reus in principio iudicij necdum est; sed ex post facto demum, quando iudex ex generali illa inquisitione indicij inuentis, ad specialem inquisitionem descendit, certificandus venit *Mar. p. 2. n. 4. & 5.*

35. Minus principales personæ iudicij sunt, quæ non de necessitate, sed melioris expeditionis, & commodioris tractationis rei controuersæ gratia processui iudiciario adhibentur: Quales sunt Assesores, Aduocati, Procuratores, Prothonotarij, Tabelliones, &c. Et plerumq; contra omnes in specie speciales exceptiones obijci possunt *Vult. lib. 2. c. 3.*

36. Oranium tamen Exceptionum, quæ contra personas iudiciarias proditæ sunt, prima iudici opponenda est, quæ est vel recusationis vel incompetentiæ. Ne ea omissa in iudicem, eiusque iurisdictionem reus consensisse videatur *l. 25. h. t. l. 4. in fin. C. eden. l. 4. C. iurisd. Gail. 1. obs. 32. n. 11.* Hinc occasione oblata de iudice tanquam principali & fundamentali iudiciorū parte quædam attingere haud inconueniens erit.

37. Qui est vel ordinarius, vel extraordinarius seu delegatus.

38. Ordinarius, qui iure Magistratus, secundum iurisdictionis suæ, quam vel lege, vel à Principe, vel more maiorum habet, ius dicit, *l. more ff iur. sd. c. 1. & tot. tit. de offic. ordinar.* Cuiusmodi hodiè sunt (:nam de ordinarijs iure veteri, qui pedanei dicebantur, cum hodiè imperij Romani facies mutata sit, & simul cum abolitione formularum etiam dandi eiusmodi Pedaneorum Iudicum ritus in desuetudinem abierit, nihil iam prodest dicere:) sunt Imperator, Reges, Duces, Comites, Imperiales Ciuitates, &c. Nec obstat, quod *Bach. ad Tr. disp. 2. vol. 1. th. 3.* Hoc ipsum vix sustineri posse putet, distinguendo inter officium Iudicis & Magistratus: nam etiamsi non ipsi Principes ius dicant, & sententias ferant, tamen omnia decreta, recessus, mandata, & sententiæ eorum nomine & titulo: *Wir Ferdinandt; Wir Maximilian;c.* proferuntur, & sigillo eorū confirmantur, paria autem sunt, quod quis per se vel per alium suo nomine expediri facit *per vulg.*

39. Talis etiam indubitatè est Camera imperialis, quæ lege Imperij ab Imperatore & statibus per modum contractus sancita, ordinariam & vniuersalem iurisdictionem habet, *part. 2. tit. 27. Gail. 1. obs. 33. & 41.* Ideoq; vi huius ordinariæ iurisdictionis Imperator causas in Camera pendentes auocare, propter verba *part. 3. tit. 35. expressa, Das dem Cammergericht sein starcker lauff gelassen werden soll.* Neq; ei inhibere potest: Quamuis per modum præuentionis omnes causæ sæculares in Camera necdum pendentes ad Imperatorem, eiusq; aulicum consilium den *Reichshoffrath*, propter con-

B

cur-

currentiam iurisdictionis deuolui possunt, per expressum textū *part. 2. tit. 9. §. 2. ibi.* durch die Keyserl. Mayst. oder deroselben Cammergericht. Diss. author des gründelichen Berichts/ von der im Röm. Reich entstandenen Frag? Ob der Keyserlicher Hoffrath/ &c. vbi vide rationes in vtramq; partem latè recensitas, quome breuitatis causa remitto. Eiusmodi quoq; est iudicium Cæsareum Rotvvilense, quod perpetuam & vniuersalem iurisdictionem in districtu Francico & Aulriaco habet, *Dan. Ott. in discursu Iuridico: Politico c. 11. §. tertium est Rotvvilense.* Cui iudicio temporalis Comes in Sults/ prætoria dignitate titulo feudi sibi acquisitâ præfidet, Vnde ob id Keyserlicher Hoffrichter des Rotvvilischen Gerichts dicitur in *Constit. Imperij de anno 1532.* Num & reuifores Camere, & Iudices Austregarum ordinariam iurisdictionem habeant, Dd. inter se controuertunt? De his, Negat *Gail. 1. obs. 1. n. 52. Mynd. lib. 2. c. 28.* De illis, Negat *Mynd. d. c. 24. Treut. disp. hac th. 3. l. t. B.* Affirmat *Gail. 1. obs. 154. in pr. B. nd. de reuis. conclus. 4.* Cui tanquam veriori subscribimus. Præterea salebrofa, practicabilis tamen Q. hic moueri solet? Num Ordinarius Iudex per exceptionem suspicionis in totum recusari possit? Affirmat ius *Can. per text. c. 4. de for. comp. c. 39. de offic. delegat.* Negat ius ciuile *arg. l. apertissimi. & text. auth. seq. C. iud. eique alium adiungendum statuit.* In qua iurium diffensione ego cum communi Dd. schola Affirmatiuâ in locis ecclesiasticis; Negatiuam vero in foro Imperij obtinere defendam.

40. Delegatus seu Extraordinarius iudex est, qui ex commissione alterius cognitionem vnus vel plurium causarum consequitur, & munere sui delegantis fungitur *l. 1. §. qui mandatam l. etsi prætor ff. offic. eius cui mand est. iurisd. l. solet & l. seq. ff. iurisd. c. s. n. & tot. tit. Extra. de offic. delegat. S. Richard. ad l. 5. C. h. tit. n. 5. ibiq; allegat. Specul.*

41. Idq; vel ex commissione publicæ vel priuatae personæ, *Treut. disp. hac, th. 3.*

42. Publicæ scil. Principis, Regis, Comitum, vel etiam cuiusuis ordinarij superioris, vt not. *gloss. in l. & quia. 6. ff. de iurisd. & dicitur vulgò Commissarius.*

43. Qui datur vel ad vnâ aliquam causam, vel ad plures: Neuter tamen propriâ, sed delegantis iurisdictione vtitur, *dd. iurib.* ideoq; nec alium subdelegare posse manifestum est, cum more maiorum ita comparatum sit, vt is demum iurisdictionem mandare possit, qui eam suo iure habet *d. l. 5. de offic. eius cui. & l. 5. de iurisd.* excepto saltem delegato Principis, qui quouis ordinario in causa sibi commissa maior est, *c. s. n. quia. de offic. delegat. c. venerabilis. de offic. ordinar. Gail. 1. obs. 97. n. 9.* quam tamen maioritatem respectu dignitatis, nō firmitatis: cum Ordinarij iurisdictione perpetua & firmitior sit, restringendum esse, *secundum Alex. Fel. n. & alios docet Marant. disput. 1. quest. onum legal. n. 2.* Hinc quæri potest, an Delegati seu Commissarij Camere, qui ad examinandum testes, & transsumendum instrumenta & scripta originalia, delegantur, subdelegare alium possint? Quod, quia Camera Impera-

peratorem repræsentat, *Ordin. p. 3. tit. 11. §. Und so solche*, indubitate asserendū statuo : Nisi industria istiusmodi delegati Commissarij specialiter electa fuerit, *arg. l. inter artifices. ff. solut. c. fin. de Offic. delegat. & ibid. gloss. in verb. ut personaliter*. Quibus clausulis vero industria personæ electa censeatur, *vide Gail. 1. obs. 47.*

44. Ex Commissione priuatæ personæ datus, dicitur Arbitrator.

45. Qui aut solo consensu partium, vnde Arbitrator in specie, & arbitrator: aut consensu quidem partium, sed tamen iuris necessitate concurrente, vnde arbitrator iuris dicitur, eligitur, *Schneid. ad §. 2. Inst. act. n. 25. & seq.*

46. Arbitrator in specie dictus, est qui omniam ordinariā, quam delegata iurisdictione destitutus, simplicem & nudam de causa sibi compromissa notionem habet, cum enim à priuatis delegatus sit, maiorem potestatem, quā delegantes habere nequit, *per vulg.* diciturq; arbitrator compromissarius ex eo, quod partes in eius arbitrium (vel sub pœnæ stipulatione, quod regulariter iure Nouellar. fieri solet, *Nou. 82. c. 11. §. 1.* aut simplici promissione, quod iure fforum. *l. 27. §. fin. qui arbitr. recep. aut iuramenti interpositione, quod iure Canonico, c. per tuas. de arbit.* vel denique interuentu scripturæ publicæ per Notarium desuper confectæ, quod in regno Sicilia inoleuisse asserit *Mar. p. 6 membr. 2. n. 268.*) compromittunt, eiusque sententiæ, siue iusta siue iniusta fuerit, sine pœnæ commissione, vel metu actionis ad interesse, contrauenire non possunt *l. 2. C. recept. arbit. l. 27. §. fin. ff. eod.*

47. Reductionem tamen, si pars eiusmodi laudo grauata sit, intra decennium omnino concedendam *per text. l. 5. §. fin. autem.* Nec eo casu sententiam seu laudum emologari, sed executionem vsq; dum ordinarius vel ratificando vel reiiciendo laudū desuper pronunciauerit, suspendi opinor *d. l. 5. Gail. 1. obs. 150. in pr. Diff. Mar. part. 6. de appellat. n. 97. ibiq; Abb.* Quod si vero laudū notoriè iniustum fuerit, vel pars eo enormissimè læsa fuerit, tunc parti læsæ, vel Except. doli *per l. 37. §. 14. ff. recept. arbit.* vel remedio legis 2. C. rescind. vendit. etiam si laudum emologatum fuerit, *vt docet Mar. p. 4. dist. 14. in fin.* succurrendum est. Sin verò, uti iure can. fieri posse suprad. est, compromissum iuramento clausulatum sit, an eo casu sententia seu laudū ob enormissimam læsionem rescindi possit, quæstionis est planè intricatæ? Distinguunt communiter inter ius ciuile & canonicum: Ego simpliciter neque hoc, neque illo iure valere statuo: tum quod *iuxta Afflict. decis. 322.* in omni conuentione, etiam iuramento vallatâ, enormissima læsio excepta censeatur. Nec c. si contingat de iureiur. & c. quamuis. de pact. ad enormissimam læsionem extendi possit: tum etiam quod ex eiusmodi læsione dolus existat *l. 36. ff. V. O. ibiq; Goth. lit. M. & N.* & tandem, quod iuramentum tale futurum esset vinculum iniquitatis *contr. c. etsi Christus. de iuriur.*

48. In hoc arbitrario iudicio secundum consuetum & præscriptum iuris ordinem libellū offerendo, litem contestando, testes producendo, &c. proceditur. Nam quoad processum iudiciarium, quamuis in alijs differant, ad

similitudinem iudiciorum redacta sunt, l. i. ff. de recept. arbit.

49. Arbitrator est qui à partibus ad causam amicabiliter componendam eligitur, coram quo sine figura iudicij, & longo sufflamine litis proceditur, l. 76. pro soc. Treut. disp. hac. th. 4. lt. G & H. Cuius arbitramentum non vt arbitri post decendum emologabile fit; sed si pars eo læsa fuerit, reductio vsque ad 10. annos, iuxta magis communem, & in Camera receptam sententiam, peti potest Gail. d. obs. 150. n. 2. & 3. Mar. p. 6. de appellat n. 124. Affl. et. decis. 32. per tot. quamuis Gail. d. loc. quæstionem hanc imperatoria decisione, cum nulla expressa lege in iure decisa sit, opus habere putet. Vtrum vero reductio ad ordinarium iudicem litigantium, an vero ad iudicem laudantis tanquam superiorem pertineat, nõ minus controuersa, quam superior quæstio est? Et licet pro iudice laudantis tam Dd. quam rationes non contemnendæ militent, tamen contrariam tanquam communiorem & præiudicij Cameralibus confirmatam cum Gail. cit. loc. amplector.

50. Arbitrator iuris est, qui necessitate iuris, delegato à partibus ob suspicionem recusato, ad cognoscendum tam de causa suspicionis, quam principali eligitur l. apertissimi. & l. fin. C. h. t. l. 5. C. recept. arbit. c. 39. offic. delegat. c. arbitris de offic. delegat. in 6. Et quia autoritate legis eligitur, iurisdictionem etiam à lege, quam ipse delegatus habuit, habere manifestum est, Schneid. ad §. 2. Instit. act. n. 29. Et ideo ab eius sententia etiam appellatio valida interponitur d. c. ex arbitris. offic. delegat. in 6. Diff. Mar. p. 4. dist. 6. n. 22. qui neque ordinariam, neque delegatam, sed tertiam quandam speciem iurisdictioni delegatæ similem ei tribuit. Eiusmodi arbitros esse opinor, quibus vigore statutorum, quibusdam in locis controuersia consanguineorum, Welche nicht durch weitläuffigen Proceß; sondern durch die nächste Blutsverwandten entscheiden werden sollen / committuntur, dum enim non voluntariè à partibus, sed necessitate statuti eliguntur, potius arbitri iuris, quam compromissarij dicendi sunt.

51. Actori porro, & reo, vt etiam alijs in iudicio versantibus minus principalibus personis in hac præliminari iudicij parte exceptiones ex varijs causarum circumstantijs, scil. quod quis vel propter naturam, vitium corporis, vel animi, legis prohibitionem, &c. legitimam standi in iudicio personam non habeat, quæ omnes ad eiusmodi personæ inhabilis qualificationem pertinent, obijci possunt, de quib. vide tot. tit. C. qui legit. person. stand. in iud. l. fin. §. necessitate. C. bon. quælib. Vult. d. c. 30. n. 9. Mar. p. 6. de except n. 30.

52. Tandem in hoc limine iudicij Exceptiones contra ipsam causam, seu eius merita obijci possunt; Cuiusmodi sunt, Exceptio litis pendens, causæ non diuidendæ, actionis necdum competentis, & aliæ, de quibus Treut. vol. 2. disp. 26. th. 4. per tot. Num vero etiam peremptoriæ Exceptiones hic moueri possint, quæstionis est? Et placet dist. Vult. d. lib. 2. c. 30. An eiusmodi Exceptio in continenti probabilis, aut in facto notoria sit? an vero altiore indaginem & probationem requirat: Si illud, eas quidem in præparatorijs hisce

op-

opponi; sed tamen retinere naturam peremptorium, ex quo ipsam instantiam, non contestatâ, lite terminant: Cuiusmodi sunt: Exceptio rei iudicatæ, transactionis, litis finitæ, &c. *per text. in c. . de lit. contest. in 6. Vult. d. c. 30. n. 116. & seq.* Sin hoc: subdistingendum? an in vim & effectum dilatoriæ oppositæ sint, nec ne: Illo casu admittuntur, sed probatio eorum vsque post lit. contest. reiicitur *l. 7. C. prescript. long. temp. ibiq; Goth. Ferrar. in for. respons. rei conuent. vers. quo ad impediendum*: Hoc regulariter nõ admittuntur, sed post lit. contest. proponendæ sunt *l. 9. C. Except. l. 2. C. sent. rescind. d. c. x. de lit. cont. in 6.* Alij hoc casu dist. inter Exceptionem peremptoriam quæ est facti seu intentionis, & eam quæ est iuris. *Gail. 2. obs. 17. n. 2. Schyvan. lib. 1 c. 58. n. 6. & seq.*

53. Secundus actus iudicij præparatorij, casu quo aliqua partium in termino præfixo non compareat, est CONTUMACIA, quæ definitur citationi legitimè executæ non facta paritio *Harpp. dec. 4. conclus. 2. n. 2. Proces. iudic.* Ea committitur vel ex parte actoris, vel ex parte rei: Et vtriusq; variis pænis coerceri potest, *Mar. p. 6. membr. 2. n. 9.*

54. Ex parte actoris si committitur, circumducitur terminus, & reo principaliter duplici via contra eum procedendi iura subueniunt. Prima, vt accusatâ contumaciâ actoris reus continuo absolutionem ab instantia, quam citatio, si reproducta fuisset, operari potuisset, petat, *l. 73 §. 1. h. t. l. properandum. §. 1. C. eod.* In Camera hoc casu aliquantò secius proceditur: primò enim reus proclama, & deinde tribus, vel vt hodie sex iuridicis effluxis, absolutionem ab instantia cum refusione expensarum petit, *ord. p. 3. t. 12. §. Würde dann der citiert Et tit. 42. in pr. Gail. 1. obs. 59. n. 1. & 2.* Quod si tamen elapsis istis iuridicis compareat, & sumptus contumaciales exsoluat, auditur denuo, sed noua citatione opus erit *d. l. 73. §. 2. & d. tit. 12. §. fin. Gail. d. obs. 59. n. 2. Myns. 5. obs. 87.* Altera via est, vt reus in principali causa litem negatiuè contestando & probationes necessarias deducendo, &c. vsque ad sententiam definitiuam procedat, *Ordin d. tit. 42. §. Wo aber der Kläger. Gail. d. obs. n. 5.* Et hæc via in tantum pinguior est priori, vt si reus hoc modo in causa obtinuerit, non modo ab instantia, verum etiam ab ipsa intentione actoris, cui per hoc omnis vltèrius procedendi via, etiam appellandi remediũ præclusum est, absolutus sit, *Ord. d. tit. & d. §. ibi, Dass er endlich von derselben ledig erkennet/ Gail. 1. obs. 132. n. 7.* vbi tamen hoc, quo ad contumaciam in non veniendo tantum, non autem in non faciendo, propter diuersitatis rationem ibi allegatam obtinere docet.

55. Si reus contumax existat, actori tribus potissimũ vijs contra eum procedendi prouisum est. Prima, vt quæ omnium est vsitatissima, actor secundũ naturã intentatæ actionis ad immisionem bonorum rei contumacis ex primo decreto, per quam in act. reali veram possessionem, in personali vero nudam detentionem seu custodiam consequitur, procedit, *l. consentaneum. 8. C. quomod. & quand. ibiq; eleganter Sichard. n. 4. Ord. d. p. 3. tit. 24. in pr. Mar.*

p. 6. memb. 2. n. 10. & seqq. Qua autem ratione deinde ad secundum decretum: quid item in utroque obseruandū; Et tandem quomodo purgare hanc contumaciam reus possit, vt ex post facto admittatur, vide *V Ves. par. ff. de dam. infect.* Secunda via est, vt in actione principali procedendo, litem pro contestata, & articulos pro confessatis acceptari, seq; ad probationem admitti, ac tandem causam definitiuā sententiā terminari petat; Quo casu si intentionem suam plenē probauerit, reus contumax tam quoad causam principalem, quam damna & interesse damnabitur: Sin minus, & pro absente reo sententia lata fuerit, is in sumptus & expensas, idq; in poenam contumaciæ damnandus erit, *expresso text. l. properandum. C. h. t. l. 73 in pr. ff. eod. c. calumnia de pen. ibi.* victus victori in expensas damnabitur, nisi pro absente feratur sententia. *Ord. d. t. 43. §. wo aber der Kläger Gail. cit. loc. Fach. 1. contr. 40.* vbi cit. l. properandum. §. si quidem. eleganter explanat, & dissentientes Accursi. Iason. & alios refutat: Tertia, vt ad declarationem banni seu proscriptionis, quod bannum contumaciæ vocare solent, procedat, *Gail. d. obs. 60. pr. Ord. d. t. 43 §. vnd so der Antworter.* Et eiusmodi bannum in Camera imperiali emanatā prius citatione contra reum, ad vidend. se declarari in poenam banni, publicē sub dio in præsentia iudicis, Assessorum vtriusque classis, Procuratorum, Aduocatorum, &c. & multo spectante populo irrogatur; Actor autem, factā sic declaratione in omnia banniti bona iudiciali sententia immittitur, & immissus à quolibet magistratu, sub quo situata sunt, tueri debet *d. tit. 12. vers. darauff soll ihm*

56. Ex quibus diuersis in contumaciam procedendi vijs, actori vnā, quam velit, eligendi optio, *per text. l. consentaneum. C. quomod. & quand. non modo conceditur; verum etiam vna electa ad aliam, tam ante, quam post lit. contest. regressum dari per diuersa præiudicia Cameralia decisum esse, d. loc. asserit Gail. n. 4. & s. idq; arg. l. prator edixit. 7. §. 1. de iur. & l. 1. C. quand. ciuil. act. criminal. præiud.*

57. Tertius actus, qui ante lit. contest. moueri potest, est RECONVENTIO, quæ est rei conuenti coram iudice conuentionis è contrario aduersus actorem instituta actio, *l. cum Papinianus. 14. cum auth. seq. C. sent. & interlocut. & tot. tit. X. de mut. petit. Mar. p. 4. d. st. 6. n. 1.* De cuius natura est vt ante lit. contest. maximè quo ad hunc effectum vt simultaneo processu cum causa conuentionis expediatur, à reo intentetur *Mar. dist. 6. n. 5. ibiq; allegat. Dd. communiter. Ord. p. 3. tit. 30. ibi. Soll die Gegentlag für der Kriegsbesetzung vorbracht werden/te.* & sic intentatā eodem tempore lis in con. & reconuentionis causa erit contestanda, in terminis probatorijs, publicatione rotuli, conclusione, &c. pari passu, tantum vt primo actus super conuentione, & postea super reconuentione expediatur, procedendum, imò si de vtraq; pariter liqueat sententia definitiua, diuersis saltem capitulis, terminanda erit, *c. 1. mur. pet. Mar. d. dist. 6. n. 7. & seq. Myns. 1. obs. 10. per tot.* Et hoc etiam *Ord. Cam. d. tit. 30.* clarè sancitum est, ibi: *daß darauff gleich procediert werde*

58. Et

58. Et quamuis quo ad effectum iurisdictionis prorogatum, etiam post lit. cont. in qualibet iudicij parte vsq; ad causæ conclusionem institui possit Cuius enim quis in agendo obseruat arbitrium, eodem & contra se habere Iudicem in eodem negotio non dedignetur *d. l. 3.* tamen hæc vera & propriè dicta reconuentio, quia cum causa conuentionis non simul expeditur, dici non potest *Vult. lib. 1. I. R. c. 30 n. 77. & seq.* Quandoque tamen & quidem in multis casibus propter naturam & qualitatem causæ, vel Iudicis conuentionis hæc prorogatio planè locum non habet, de quibus vide eleganter & latè tractantem *Mar. d. p. 4. dist. 6. à n. 13. vsq; ad fin. & Vult. d. c. 30. n. 8. & seqq.*

59. Quartus iudicij præparatorij actus, est SEQUESTRATIO, quæ etiã regulariter ante lit. cont. fieri debet, & definiri potest, possessionis rei controuersæ in tertium, quem sequestrum vocamus, trãslatio seu depositio *arg. l. 110 V. S. l. 6. ff. deposit.* Et quia vel consensu & voluntate partium; vel autoritate Iudicis decernitur, hinc alia dicitur voluntaria seu conuentionalis, alia necessaria seu iudicialis *Myns. 5. obs. 35. per tot. Guid. Pap. decis. 246 n. 6. Gail. 1. obs. 148. & tract. de arrest. c. 12. n. 1. & 6. Diss. Bocer. class. 1. d. sp. 12. axiom. 17.*

60. Illa fit mera litigantium voluntate & consensu, & ob id possessionem rei controuersæ in sequestrum, maximè si ea mente à partibus fiat, transfert *tex. l. 39. Acquir. possess. l. 17. §. 1. deposit. Treut. Vol. 1 disp. 26. th. 9. lit. A. Gail. 1. obs. 5. in fin.* Hæc fit iurisdictionis necessitate seu autoritate Magistratus, interdum vtrâq; interdum alterâ saltem parte inuitâ, *e. vnic. sequest. possess.* Et hæc regulariter tam ciu. quàm can. iure est prohibita, ne durante lite possessor commodo suæ possessionis priuetur *l. 1. C. prohib. sequest. 1. Guid. Pap. decis. 246. pr. Gail. Myns. Dd commun.* Si tamen iusta causa, quæ Iudicem mouere possit, subfit, ad eam transire potest, *arg. l. equissimum ff. vsufr. ord. p. 2. tit. 21. §. Ob auch in obberûbrten fall.* Et sic in iudicijs quotidie obseruari, & se in terminis praticari vidisse docet *Guid. Pap. d. decis. 24. n. 5. Diss. Harpp. in process. iudic. dec. 23. conclus. 2. n. 7. ibiq; allegat Grass.* An autè in hac sequestrationis specie etiam possessio transferatur, dubitatione non caret? Affir. *Vult. d. lib. 2. c. 30. n. 52.* qui tamen *lib. 1. c. 33. n. 7.* sibi ipsi contrarius apparet: Negat *Gail. d. obs. 5. n. 10. & obs. 148. n. 9. Bart. ad l. 1. C. prohib. sequest.* Cui tanquam veriori ca'culum adijcere placet. Nam etiamsi sequester in possessione custodiæ esse dicatur, per id tamen possidere non dicitur, cum hæc diuersa esse notiss. iuris est *per l. 3. §. si ff. acquir. possess. & l. 3. §. creditores. ff. vti possidetis.*

61. Quintus actus, qui in præparatorijs euenire potest, est INTERVENTIO, quæ persona tertia actioni inter principales litigãtes motæ, pro suo interesse se immiscet, *l. 63. re iudic. c. 17. de re iud. Vult. c. 30. n. 68.* Et fit quãdo tertius ille vel ius suum proprium deducit, vel alterutri litigantium interueniendo assistit *Gail. 1. obs. 71. n. 14.* Neutro tamen casu à Iudice, nisi prius de suo interesse per articulos interuentionales summarie docuerit, admittendus est: sed eo præuio causam in eo statu, quo eam reperit, acceptare, *per c. 2. in fin.*

fin. vt lit. pend. in 6. ordin. Cam. p. 3. tit. 12. §. So auch folgendes ein Procurator/re.
& iisdē terminis, quibus principalis vtitur, vti & ius suum deducere debet,
quia interuentio est annexa & accessoria actio principalis actōnis, vt ait
Gail. d. obs. 71. & Afflict. decis. 235. n. 6. ibidemq; allegari Dd. Quod si igitur post
conclusionem in causa, vel etiam contra executionem quis interuenire vel-
let, ei nouo processu opus fore arbitrator, cū causam principalem retardare
non debeat, nisi se litem esse motam ignorasse prætendat, quo casu, eodem
processu audiendum adhuc, in sacro Concilio votatum esse docet Afflict.
d. decis. n. 2.

62. Sextus actus est INTERROGATIO, quæ ad instantiã alterutrius par-
tis litigantium, vt eliciatur veritas, perficitur, quæ etiamsi iuxta Vlpian. in l.
pen. ff. interrogat. in iur. fac. vbicunq; æquitas Iudicem mouerit, fieri possit
tamen regulariter ante lit. cōtest. expedienda erit, vt eleganter Menoch. lib.
2. A. I. Q. cas. 51. docet, vbi simul differentiam interrogationum, quæ olim
iur. vet. ab ijs, quæ hodie plerumq; fieri solent n. 6. & 7. declarat.

63. Atq; hæc quidem de præparatorijs, quæ quasi viam ad ipsum nego-
tium principale sternunt, dixisse sufficiat, quibus præmissis ad substantialia
quæ & intermedia vocari solent, aditus datur.

64. Substantialia dicuntur, quæ s. per ipsa quæstione rei cōtrouersæ eiusq;
meritis à lit. contestatione vsq; ad sententiam definitiuã pertractantur, eaq;
propriè in iudicio fieri dicuntur, cū illud iuxta communiter receptam opi-
nionem à lit. cont. incipiat, & in sententiã definitiuã finem accipiat Gail. 1.
obs. 74. n. 1. 2. & 3.

65. Et sunt vel in specie substantialia, vel incidentia.

66. Illa, in quibus tota virtus iudicij cōsistit, ita vt si non adsint, iudicium
omnino esse nequeat Mar. p. 2. n. 27. Talia sunt lit. cōtestatio, libelli repetitio,
ad eundem responsio, probatio, & tandem conclusio: de quibus singulis
pauca.

67. LITIS CONTESTATIO, quæ quasi ingressus iudicij per præparatoria
iã ordinati, est principalis negotij à parte actoris narratio & petitio, ad eam
verò à parte rei responsio & contradictio l. 1. C. lit. contest. c. 1. eod. l. rem non
nouam C. h. t. §. Patroni. Foller. in addit. ad Mar. de lit. cont. n. 4. Ves. in pr. h. t.
n. 7. Sichard ad rubr. C. lit. contest. Quæ fundamentum & lapis angularis toti-
us iudiciarij ordinis, à quã demum iudicium formã contradictoriam accipit,
dicitur, ideoq; nec partium consensu, nec Iudicis auctoritate omitti potest,
per text in c. vnic. de lit. contest. Myns. 3 obs. 74. per tot. Afflict. decis. 283. n. 1. Guid
Pap. decis. 369. Quòd si verò ex causæ qualitate, vel etiam vigore statuti, aut
communi obseruantia ita receptum foret, vt omisis solēnitatibus iuris po-
sitiui summarie procedatur, dubium nullum est, quin tūc Processus eã omis-
sã valeat, vt Guid. d. decis. in Curia Parlamenti Delphin. de stylo & consue-
tudine in quibuscunq; causis siue ex summariæ, siue ordinariæ, siue maiores
siue minores fuerint, obseruari attestatur. Pari modo in Cam. Imperial. in
cau.

causis Mandatorum super attentatis per constit imper de anno 70 §. in punct.
attentatorum: relaxand s captiuis Gail. 1. obs. 78. n. 4. inhibitorijs, executoria-
libus, & omnibus Mandatis sine c'ausula Schyvvan lib. 1. c. 43. proced. tur.

68. Diuiditur à Dd in expressam & tacitam, Vult. lib. 2. c. 31. n. 4.

69. Expressa, quæ fit expressis verbis, petitione sc. proposita & contradi-
ctione sub communi forma, subsecuta Vult. d. loc.

70. Tacita, quando præuia simp'ici negatione rei, partes ad vltiora
procedunt. Hinc, etiam si de forma eius, & quibus verbis ea inducatur Dd.
maximè Canonice & anxie inter se controuertant, vt videre est ap. Mar. p. 6. d. lit.
cont. n. 5. & Sichard. ad Rubr. C. lit. cont. n. 3. 4. & 5. Ego, sola diffidatione & ne-
gatione rei eam induci statuo idq; per d. l. C. lit. contest. c. 1. X. eod. & ordin.
Cam. p. 3. tit. 13. §. vnd nachdem bis her/ vbi specialiter decisum, quod breuibus
hisce verbis *bin der klage nit gestendig* lis contestata cèferi debeat. An verò
eodem modo per confessionem rei ea inducatur, res vndequaq; expedita
non est? Affir. hoc ipsum Sichard. ad l. vnic. n. 2. C. lit. contest. Mar. p. 6. de lit.
contest. n. 5. & 6. Negat Hun. ad Treut. d. sp. h. th. 2. lit. c. Harpp. dec. 7. conclus. 8
process. iudic. ibiq; allegati, cui tutius adscribendum puto: dum enim Reus fa-
tetur narrata, nulla lis inter eos, qui de re coram Iudice proposita consen-
tiunt, per rerum naturam esse potest: Ideoq; non simplicem responsionem
sed eiusmodi, quæ contradictionem aliquam importat, ad hoc bellum ciuile
requiritur, idq; per d. l. rem non nouam. §. patroni. Et addit ad decis. Guid. Pap.
decis. 369. lit. b. ibi: *responsionē rei contradictoriam*: Nisi saltem ad hunc effectū
confessio nuda sufficiat, vt Iudex ad definit. sententiam procedere, & Reo
solutionis terminum iniungere possit, cū alias regulariter lite non conte-
stata condemnatio fieri, aut ad definit. perueniri non possit Gail. d. obs. num.
3. & seq. Quòd si Reus quidem respondeat, negando narrata, sed tamen re-
spon'sione tali lit. contestare nolit, & desuper expressè protestetur? Tali pro-
testatione impediri litis contestationem per generale decretum Dominorum
Assessorum in consistorio Cam. imperialis decisum esse testatur Mynf. 3. obs.
74. n. 7. Nec obstat, quod protestatio actui contraria per contrarium factum
regulariter tollatur c. cum M. Ferrariensis de constit. & arg. l. 188. de R 1. Hoc
enim de facto vniformi, quod plures intellectus habere non potest, inte' li-
gendum Sichard. ad rubr. C. lit. contest. num. 5. Mynf. cit. loc. Atqui responsio
suprad. difformis est, & ad separatos fines, sc. informandi iudicem, vel con-
testandi litem, fieri potest, ideoq; tanquam contraria facto non est, Dissenti-
re videtur Gail. d. obs. 3. in fin. per d. c. M. Ferrariensis.

71. Secundo diuiditur in affirmatiuam & negatiuam: Hæc à parte rei
seu appellati: Illa à parte actoris seu appellantis fieri solet, Ordin. Cam.
pat. 3. t. 13. §. vnd nachdem bis her Gail. 1. obs. 73. Vult. d. c. 31. n. 9.

72. Isq; hodiernus litis contestandæ modus est vsitatus; iur. vet. equidem
alia planè forma & modo contestabatur d' q' 10 v. Treut. d. sp. h. th. 2. lit. C.
ibi q; allegat. Godd. & Reuard.

73. Effectus eius sunt varij, & multiplices, de quibus *Sichard. ad rubr. C. lit. contest. in fin. Gail. tot. obs. 78. lib. 1.* Præcipui sunt, quod cōstituatur bonæ fidei possessorem in mala fide, ut de fructibus perceptis & percipiendis teneatur à tempore lit. contest. *l. qui scit. §. pen. & ult. ff. usur. l. 22. & 26. C. rei vend.* Præcludit viam obijciendi Except. dilatorias, nisi post lit. contest. demum emerferint. *l. Pomponius 40. §. rati ff. procurat. l. ita demum. C. eod. c. 20. re iudic.* Impedit quo minus libellus parte altera inuita mutari possit *l. 23 h. t. Goth. ad l. 3. C. eod. Schneid. ad §. 34. Inst. act.* ubi varios casus, quibus emendatio licita, recenset. *Menoch. lib. 2. A. I. Q. cas. 176. Et Nouiss. Constit. Imp. de an. 70. §. Wiewol auch vermög. Diss. Treut. disp. 4. th. 13. lit. D. Ves. ad §. 34. Instit. act.* Interrumpit omnem præscriptionem *l. mora. 26. rei vendic. Sichar. d. loc. ad rubr. C. lit. cont.* Plures effectus vide apud Dd. supra allegatos.

74. Lite taliter à partibus hinc inde cōtestata, succedit secundus substantialis iudicij actus qui est POSITIONVM PRODUCTIO, seu libelli repetitio, *arg. c. vnic. lit. cont. c. dudū. Elect. Ord. Cam. p. 3. tit. 13. & seq. Myns. 5. obs. 89. n. 1.* qui si articulatus in principio editus fuerit, actor eius articulos locopositionalium, adiecta consueta clausula: Saluo iure impertinentium, repetit, petens aduersarium ad iisdem respondendū coarctari, & se ad ea, quæ negata fuerint probandum admitti. *Ordin. d. tit. 13. §. Dargegen soll der/re. Gail. 1. obs. 79. n. 3. Myns. d. obs. n. 2.* Sin summarius ab initio editus fuerit, tunc vel articulos probatorios ex substantia summarii istius libelli, *iuxt. tit. 14. §. Und sollen solche* formatos, uti regulariter in causis S. Q. fieri affolet. *Ord. d. §. Dargegen soll. Schvvan. lib. 1. c. 40. n. 5.* vel narrata citationis & libelli, cū congrua saltem conclusione & petitione, uti in causis mandatorum sine: vel cum clausula fieri potest, repetere debet *Schvvan. d. lib. 1. c. 42. n. 29.*

75. His insuper additionales articulos, si quos habet actor adijcere, sed tamen omnes simul & semel producere debet, idq; medio iuramento dandorum, quo actor se nihil calumniosè, sed omnes articulos sui iuris conseruandi gratia posuisse affirmat *arg. l. 2. & auth. seq. C. iur. cal. c. 2. de testib. in 6. Gail. 1. obs. 79. Ordin. part. 1. tit. 70.*

76. Omnes vero articuli super factō rei controuersæ, imò ex ipsius actionis visceribus, ut Dd. loquuntur, nulli super iure, ne disputandi occasio Aduocatis præbeatur, formari debent *Gail. 1. obs. 82. n. 13. Myns. 5. obs. 89. n. 4.* super consuetudine tamen, quia ea, ratione actuum ad eam inducendā, facti est, formatus articulus, uti impertinens reijci non potest. *Dd. supra cit.*

77. Articulis hoc modo repetitis, reus ad eos speciatim & cathegoricè per verbum: credo, vel non credo, respondere tenetur *l. 2. §. 2. in fi. C. iur. cal. c. 2. de testib. in 6. Ordin. Cam. p. 3. tit. 15. §. Zum andern Guid. Pap. decis. 334. in pr. Gail. 1. obs. 82. n. 2.*

78. Easque responsiones claras, certas, & simplices, ohne einigen anhang, ut in litera d. §. habet, conceptas esse oportet, ut exinde actor, quid sibi adhuc probandum sit, nec ne, colligere possit: Hinc dubitari solet. Num
respons.

responsi. Non credo nisi probetur. Item: Credo prout habetur in instru-
 mento, de iure sufficiens sit? Et utramque sufficientem esse inde apparere
 potest: Quod hæc simpliciter vel affirmatiua vel negatiua reputetur, iuxta
 tenorẽ instrumenti, ad quod responsione illa fit relatio *arg. l. fin. C. fal. caussa.*
adiect. leg. Guid. decis. 334. vbi in curia Parlam. Delphin. huiusmodi respon-
 sionem tollerari, & se in contradictorio iudicio hoc in terminis obtinuisse,
 refert. Illa, tum quod super virtute dictionis: Nisi, fundatur, quam, oratione
 negatiua præcedente, semper a'iquid simpliciter affirmare exemplo docet
Gail. d. obs. 82. n. 23. tum etiam quia *Bal. in c. cum accessissent. 8. de Constit.*
 eam non modo sufficientem; verum etiam respondentem valde præiudicia-
 lem esse docet: Nam probato postmodum articulo per testes, respondens
 habetur pro confesso, & sic geminata illa probatio impedit, quo minus vi-
 ctus deinde appellare possit, cum conuicto & cõfesso plerumq; remedium
 appellationis denegetur *l. 2. & 4. C. quor. appell. non recip. ibiq; Goth. in not.*
 Vnum hic insuper mouere placet? Si reus respondeat, articulum esse facti
 alieni, an reiicienda? Affirmat *Gail. d. obs. 72.* Negat *Myns. 5. obs. 54. in pr.*
 Quàm in foro & praxi obtinere puto, etiamsi reus eiusmodi articulum su-
 per facto alieno sibi ignoto, sine periurio simpliciter etiam negare possit,
arg. l. fin. ff. pro suo.

79. Quemadmodum autem actor articulos suos medio iuramento dan-
 dorum, vt suprad. ita vicissim reus responsiones suas medio iuramento re-
 spondendorum, ad euitandum omnem tam in ponendo, quam responden-
 do calumniandi occasionem proferre debet *d. l. 2. C. iur. Cal. c. presentium. de*
testib. in 6. Ordin. part. 1. tit. 71. & 72. Gail. d. obs. 79. in fin.

80. Vtrinq; itidem tam positiones quam responsiones cum reseruatione
 vulg. clausulæ; Saluo iure impertinentium & non admittendorum, &c. fie-
 ri possunt & debent, adhunc effectum vt si impertinens articulus ponatur,
 is pro non posito, & responsio ad eum facta pro non facta habeatur, *Ord. p. 3*
tit. 15 § Zum andern die responsiones. Guid Pap. decis. 347. in pr. qui hoc etiam
 tam de stylo quam vigore statutorum Parlam. Delph. seruari ait, nec enim
 continuo, si impertinens videatur, reiiciendus est, cum satius sit superfluum
 admittere quam necessarium omittere, vt ait *Spec. tit. de posit. §. 7. n. 8. Nec*
obst. l. 21. C. probat. l. 13. § itē Iulian. in fin. iuriur. Diff. Tr. vol. 2. disp. 4. th. 5 per tot.

81. Productionem seu repetitionem articulorum, & responsionem desu-
 per factam subsequitur quartus iudicii substantialis actus, PROBATIO:
 quæ est controuersie intentatæ per argumenta facta ostensio *Mascard. vol. 1.*
q. 2. n. 8. de probat. VVes parat ff. de probat. n. 2. Sichard. ad rubr. C. eod. Et tam
 actori in iis, quæ à reo negata fuerint, quam reo in iis quæ is excipiendo, &
 se defendendo asseruit, concedenda, *l. 1. 15. 22. ff. probat. l. 9. 19. 25. eod. Mascard.*
d. vol. 1. q. vlt. conclus. 36. VVes. par. t. de probat. n. 6. Ordin. part. 3. t. 15. §. Zum
Dritten/c & §. fin.

82. Eius porro variæ, pro qualitate actionis, sunt species, de quib. latè

*Vult. lib. 2. I. R. c. 2. per tot. VV es. parat. n. 4. Goth. ad l. vlt. C. probat. quo me-
breuitatis causa remitto, paucis tantum de earum productione in ordina-
rio iudicio, prout in tituti ratio postulat, acturus.*

83. Producuntur vel incontinenti, vel per dilationes concessas.

84. In continenti tribus potiss. modis: Primo Euidencia seu notorietate facti, quam saltem allegasse à parte probante, maximè si fuerit facti permanentis, sufficere, non solum cōmuni Dd. opinione receptum; verum etiam in Cam. Imperial. à Dominis Assessoribus in causa Episcop. Bamberg. contra Marchionē Brandenb. decisum esse attestatur *Myns. 6. obs. 3. per tot.* Quid vero sit, & quomodo inducatur notorium vide *Menoch lib. 2. A I. Q. cas. 166 per tot.* vbi diuersas super hac quæst. Dd. opiniones recenset: Secundo cōfessione aduersarij, quæ si iudicialis fuerit, in causa ciuili plenam, *l. vnic. C. confess. l. 25. §. 2. L. Aquil. Clar. lib. 5. sentent. § fin. q. 55. n. 5.* Sin extraiudicialis semiplenam probationem iuducit *l. 6. §. si quis absent. ff. conf. ff. Marant. p. 6. de confess. n. 12.* Nisi parte & testibus presentibus facta fuerit, quo casu similiter plene probat, vt tenet *Mar. d. loc. n. 2 & seqq.* Tertio fit productione instrumentorum ex omni sui parte liquidorum *Vult. lib. 2. I. R. c. 31. n. 50. & seqq.* Et hoc vel maximè procedit, quando eiusmodi instrumenta vigore statuti paratam executionem, *Das dem Creditori mit allem dem / so dem Debitori zu stehen / sich selbst zu bezahlen zu machen frey stehen /* habeant *Coler. p. 1. c. 3. de process. execut.* Quæ tamen etiam in probationibus per dilationes concessis, vt cōclus. 90. dicam; imò certis quibusdam casibus, de quibus vide *Myns. 4. obs. 60.* post sententiam produci possunt *per text. l. si mater. pr. except. rei iudic.*

85. Per dilationes fit probatio, dum iudex probaturo certum terminum ad deducendū suas probationes præfigit *l. oratione 7. de ferijs. ord. p. 3. tit. 15. §. fin. & tit. 16. §. Und so derhalben.* & ibi passim. Qui terminus ob id quod in puncto probationis indulgetur in specie dicitur probatorius, & ab aliis dilationibus, de quibus *Gail. 1. obs. 91. n. 20.* distinguitur; & arbitrio iudicis pro distantia locorum & qualitate personarum tam de iure communi, quàm *Ord. Cam. moderari & dilatarī potest l. 1. C. dilat. d. l. oratione 7. Ord. tit. 16. §. Was aber die dilationes.*

86. Quia vero dilationes omnes ob id, quod ad protelandas lites, quas citissime sopiri reipub. interest, faciunt, odiosæ sunt, ideo hæc in ciuilibus, (in criminalibus enim propter *l. fin. de ser. & dilat.* secus est) natura sua est peremptoria, ita vt ea effluxa regulariter quidem vltiores probationes non admittantur, *d. l. 7. & fin Myns. 1. obs. 71. Mar. p. 6. de dilat. n. 2. & seqq.*

87. Quod si tamen iustum & inuitabile impedimentum, quo minus præfixo termino probationes plenariè deduci potuerint, emergat, illudq; impeditus sufficienter, iuxta doctrinam *Afflict. decis. 29.* iudici allegauerit & denunciauerit, & iudex, qui de allegati impedimenti releuantia cognoscere debet, desuper interlocutus fuerit, tunc de iure non solum secunda & tertia, verum etiam quarta dilatio, eiusque prorogatio, præuia solennitate

lega-

legali, quæ est in Nouell. 90. c. 4. & c. ultra tertiam. de testib. concedi debet, sapius cit. l. 7. Ord. p. 3. tit. 1. §. fin. v. sit. recess. de an. 77. §. Welcher massen den Procuratorn: An autem in petitione quartæ dilationis dicta solennitas consensu partium remitti, & sine iuramento ea concedi possit, citra dubitationis aleam positum non est? Ego quidem, quia est forma & solennitas iuris ad hunc actum per d. Nouel. & c. in causis. c. significarunt. c. ultra de testib. requisita, cui priuatorum pactis derogari non potest per vulg. tum etiam, quia Reipubl. interest ne lites protrahatur, vulg. l. properandum. omnino negandum puto. Diff. Vult d. c. 13. Gail. 1. obs. 91. n. 6 arg. ducto à iuramento testium.

88. Præfixo termino & dilatione concessa, consequens est vt vel ipse iudex, vel alius cui is demandauerit seu commiserit, probationes recipiat l. 18. ibiq. Goth. C. fide Instr. Nou. 90. c. 5. & c. 3. extra. fideiuss.

89. Si ipse recipiat, modus iste omnium est optimus & expeditissimus, ex ratione l. 3. §. 1. ff. testib. Ideoque in Dicasteriis Principum & aliis bene constit. Rebuspubl. plerumque vni vel duobus ex Consiliariis vel Senatoribus, vel etiam in causis non admodum arduis, Secretariis receptio testium committitur, quod tamen in Cam. propter text. tit. 6. p. 1. & tit. 16. p. 3. §. Es sollen auch, &c. fieri non potest.

90. Sin alteri committat, tunc grauis & idonea persona, quæ omni exceptione maior sit, vt occasio contra eam excipiendi partibus præcidatur, iuxta Ord. d. p. 3. tit. 16. §. Diweil auch solchen Commissarien, &c. eligenda, electa defuper speciali commissione, quæ vel in communi forma ad examinandum testes, & si negotii qualitas postulet, recipiendum ocularem inspectionem, vel in optima ad transumendum instrumenta, Brieffliche Siegel vnd Urkunden einzunehmen, &c. id quod rarius & certis quibusdam casibus, de quibus Dd. decernitur, certificanda, Gail. obs. 95. n. 2. & 3. Myns. 3. obs. 40. per tot. certificata vigore emanatæ commissionis probationes recipiet, receptas sigilloq; suo munitas iudici committenti in probanti forma transmittet d. c. 3. in fin. fideiuss. Mar. p. 6. de publicat. n. 6.

91. Quomodo porrò eiusmodi decreta commissio adiunctione Notarii, citatione ad vidend. iurari testes, depositione iuramenti testium, & adiutorum, exhibitione directorii & interrogatoriorum, compulsionem per literas, mutui compassus testes forenses, transmissione rotuli, &c. expedienda sit, vide latè Vult. d. c. 31. à num. 67. vsq; ad n. 82. Gail. 1. obs. 95. 97 & seqq. Ruland. & integros tractatus Dd. de Commiss.

92. Quintus actus, qui successiuè in iudicii substantialibus consideratur est attestatum seu probationum PUBLICATIO, & litigantibus communicatio gloss. ad l. prolatam. C. sentent. & interlocut. Ord. p. 3. tit. 17. in pr. Sed tamen eam non tam de substantia, quam iustitia Processus esse contra Accurs. & Gloss. ad d. l. prolatam communiter placuit Myns. 4. obs. 52. Gail. 1. obs. 105. in pr. Guid. Pap. decis. 586. per tot. qui hoc tam in Curia Romana, quam Parlam. Delph. de stylo obseruari attestatur, ita, vt sententia propter omis-

tionem publicationis attestationum, nulla dici non possit, quod & ego ob rationes *d. decis. n. 2.* allegatas veriùs esse non dubito? An verò publicatione facta & testificatis legitimè didicistis ijdem vel alii testes super iisdem vel directo contrariis articulis in prima vel alia instantia produci possint, quæstionis est planè controuersæ? In prima instantia, quod tam iure can. quàm ciuili propter periculum subornationis, exceptis limitationibus à Sichard. *in auth. & qui semel C. probat.* recensitis, vltèrius produci nequeant, textus in vtroq; iure sunt apertissimi *Auth. at qui semel. C. probat. Nouel. 90. c. 4. in pr. c. cum venissent c. fraternitatis de testib. Myns. 1. obs. 41. Mar. p. 6. de testib. n. 22.* In causa verò appellationis quæstio præsens propter dissentientes Canonistarum & Legistarum opiniones magis est dubia *Myns. d. obs. 41. in. pr. ego relietis opinionibus diuersis Negatiuam in foro Ecclesiastico propter dd. text. c. cum venissent c. fraternitatis & clem. vlt. de testib.* Affirmatiuam verò in foro imperii seu sæculari, tum propter textum *l. per hanc C. tempor. appellat.* & rationes à Sichardo *ad d. auth. at qui semel.* eleganter & optimè deductas, tum etiam præiudicia in Cam. Imperiali iuxta *Myns. d. obs. 41. emanata defendam, Diff. Mar. p. 6. n. 22. de testib. Gail. 1. obs. 105. Guid. Pap. consil. 36.* qui tamen in *decis. 586. n. 1.* sibi ipsi planè contrarius.

93. Et quamuis, vti frequentiori calculo receptū, publicatio de substantia iudicij non sit, tamen si ad instantiam partium petita fuerit, denegari nō potest; sed necessario à iudice decernenda, *Addit. ad Guid. in d. decis. 586. lit. A. ibiq; allegata iura.*

94. Hinc eā decretā & communicatione factā sexto succedit DISPUTATIO, quæ à Vult. describitur, motæ controuersiæ ex probationibus facta deductio *d. c. 31.*

95. Eaq; fit vel super facti specie; vel super iure, facto applicando,

96. Disceptatio super facti specie à partibus semper interponenda, ad hunc finem, vt de eius qualitate & circumstantijs iudici eo certius constare, & is exinde controuersiam certā sententiā terminare possit, *arg. l. 24. ff. test. mil. t. & §. curare Instit. act.*

97. De iure disceptatio etiam si omitti possit; cum non solum iura in scrinio pectoris iudicantis resideant, vel saltem residere debeant *iuxta c. forus. vers. iudex dictus. de V. S.* Verum etiam is tanquam vir bonus & iustus iura hæc in genere seu thesi posita ad hypothesin seu speciem facti iuxta eius circumstantias accommodare & moderare nouerit, vel nouisse debeat, *iuxta l. 13. de legib. l. 68. R. I.* Vt hinc *Mynsing. 5. obs. 88.* in Curijs Galliæ saluberrimè receptum esse putet, quod Aduocatis in patrocinijs causarum allegationes & disputationes iurium plane prohibiti sint, & simpliciter eis dictum: Venite ad factum, Curia ius intelligit; tamen ad iudicem melius informandum & in iure confirmandum disceptatio super quæstione iuris in Dicasterijs nostris, & Camera Imperiali recepta, optimo iure seruatur.

98. In vtriusq; igitur tam iuris quàm facti disceptatione partes litigantes

tes

tes hinc inde oppositis exceptionibus, replicis, duplicis, triplicis, &c. usque ad causæ CONCLUSIONEM, quæ septimus substantialis iudicij actus est iuxta Vult. d. c. 3. n. 44. & Ord. tit. 21. in pr. & tit. seq. procedunt, quæ interponitur à partibus vel Procuratoribus eorū vel in scriptis, vel viua voce Ord. dd. tit. idq; communiter adiectā clausulā: cū oblatione si quid facti, &c. cuius vigore conclusiones sæpius rescindi, & litigantes ad vltiorem facti probationem, quæ regulariter post conclusionem non toleratur c. pastoralis de causa possess. admitti, & se hoc in terminis obseruasse in Camera docet Schvvan. lib. 1. c. 52. n. 6.

99. Et quamuis ex sententiâ Myns. 3. obs. 17. & aliorum, nec hæc de substantialibus iudicij dicatur, cum eā omissâ Processus & sententia non vitientur, tamen de consuetudine & stylo Curiarum, maximè Cam. Imperialis, ita est necessaria, vt nisi interposita fuerit nulla interlocutoria, minus sententia definitiua ferri possit Gail. 1. obs. 107. n. 2. Ea verò legitimè interposita, quin adhuc probationes & allegationes iuriū produci possint, eò minùs dubij habet, quòd etiam parte non producente eas Iudex ex officio supplere, & sententiam legibus & iuribus conformem proferre teneatur Si har. in auth. iubemus n. 5. C. iudic.

100. Tantum de substantialibus membris iudicij, sequuntur incidentia, quæ, vt plerumq; in iudicio eueniant, saluo tamen eodem omitti possunt, Huiusmodi sunt I. Iurament. cal. quod quia, nisi à Iudice vel alterutra partium instante exigatur, omitti posse ius Canonicum, quod in hac materia respicimus, expresso textu c. 1. §. de iuriur. in 6. decidit, ad incidentia merito referimus, quamuis de iur. ciu. secus sit. Vant. de Nullit. ex defect. process. n. 29. VVes. par. C. iur. cal. n. 9. Gail. 1. obs. 84. n. 2. II. Iuramentum dandorum, & respondendorum, de quibus supra in secundo substantialis iudicij membro perfunctoriè saltem actum. III. Exceptionis peremptoriæ obiectio, vel eius probatio, si ante lit. contest. obiecta alteriorem indaginem requirat l. prescriptionem 8. ibiq; Goth. C. except. Ord. p. 3. tit. 27. in pr. Schvvan lib. 1. c. 8. & seq. vbi latè IV. Termini prorogatio. V. Nullitatis oppositio. VI. Ad reassumendum litem citatio. VII. Compromissi constitutio, &c. quæ singula etiam si in qualibet iudicij parte euenire possint plerumq; tamen & regulariter in ipso iudicij lite iam contestato emergunt, Mar p. 6. de compromiss. n. 1.

101. Expeditis ita iudicij præparatoriis, substantialibus & accessoriis, tandem finem eidem imponunt DECISORIA, quæ considerantur in duobus, Sententia & Executione.

102. SENTENTIA est vel interlocutoria, vel definitiua.

103. Illa vel simpliciter interlocutoria, vel vim definitiue habens.

104. Hæc vel absolutoria vel condemnatoria, vel si super diuersis articulis lata, & absolutoria & condemnatoria simul. Sed de his, vti & aliis solemnitatibus concipiendæ & ferendæ sententiæ in præsentiarum tractandi locus non est, ideoq; materiam hanc ad titulos ff. C. & extr. de sent. & re iud.

& Or-

& Ordin. Cam. part. 1. tit. von des Kamerrichters vnd Besizers Ampt im Rath.
Item p. 2. tit. von Urtheilen vnd wie die eroffnet werden sollen. tanquam ordinari-
am sedem remittens, paucis hic vnam vel alteram quaestionem attingam.
105. In primis autem Iudex eniti debet, vt sententiam legibus, constit. Prin-
cipum, & receptis locorum consuetudinibus conformem ferat, §. 1. inst. offic.
Iudic. vbi Myns. VVes. & Dd. communiter, auth. iubemus C. Iudic. Gail. 1. o. s. 36.
n. 12. Inde est quod Assessores in Camera in principio officii sui iurare tene-
antur, quod secundum ius commune, constit. imperii, & laudabiles locorum
consuetudines iudicare velint Ord. p. 1. t. 57. in pr.

106. Deinde curabit, vt quantum fieri potest, certae rei & pecuniae iuxta
tenorem libelli eiusque probationes sententiam ferat §. curare instit. act.
ibiq. Schneid. & Dd. communiter. Hoc loco ardua, & à Dd. multum disputata
Quaestio moueri solet? Num Iudex secundum acta & probata, an verò secun-
dum conscientiam suam iudicare debeat? Ego reiecta distinctione prioris
& appellationis instantiae Iudicem secundum acta & probata, ex quibus ve-
ra & publica conscientia oritur, ne simul Iudicis & testis officio fungi vide-
atur, neue sub colore & praetextu propriae scientiae & conscientiae ansa &
licentia pro libitu sententias deprauandi praebatur, iudicare oportere,
vti verius ita frequentius receptum statuo arg. Illicitas §. veritas & ibi Dd.
communiter de offic. praesid. Couar. lib. 1. resolut. Var. c. 1. Quod si verò acta &
probata cum Iudicis sententia directe pugnent, rectius fecerit, vt vel depo-
sito Iudicis officio testis personam sustineat, vel causam ad superiorem ad
decidendum remittat Bach. ad disp. Treut. 12. th. 14. lit. E. & F.

107. Tandem victum victori in expensas & sumptus litis, taxatione &
& iuramento praevio iuxta, auth. post iusiurandum C. h. t. sententia sua condē-
nabit l. 79. h. t. §. Ecce. vers. haec autem in fir. instit. poen. tem. lit. An idem in cri-
minal. obtineat, Dd. schola in diuersas partes se diuidit? Ego affirmantium
castra propter generalitatem text. l. 13. §. 9. vbi in pr. etiam de causa crimina-
li agitur. C. h. t. & l. 5. in pr. C. fruct. & lit. expens. sequor. Nisi victor contumax
existens causam deseruerit d. l. 13. §. 2. & 3. vel victus iustam litigandi causam,
& desuper duorum Doctorum consilium praese ferens fouerit, vel tandem
Iudex ex alia quacumq; releuati causa expensas compensandas arbitretur
Nov. 82. c. 10 Treut. disp. hac th. 15.

108. Sententiam ita legitime per Iudicem latam & promulgatam regulariter,
si appellatione, reuisione, supplicatione, &c non impugnetur, transit in rem
iudicatam Nou. 119. c. 5. auth. hodie C. appell. ibiq. gloss. VVes. par. de re iudic. n. 8.


109. Eam ultimo loco sequitur EXECVTIO, quae finis & authoritas sen-
tentiae & rei iudicatae dicitur; frustra quippe iudicia instituta & sententiae
latae essent, nisi eadem executioni mandarentur, l. 8. & tot. tit. C. Execut. rei
iud. c. c. 6. & 15. de sent. & re iudic. Ord. p. 3. tit. 48. in pr. Gail. 1. obs. 113. in pr.
Atque haec iudiciorum fasces sunt ordinariae, quae si recte & ordine admini-
strentur delubra sunt aequitatis & iustitiae; sin deprauate foueae sunt fallaces
& coeae, in quas si captus inciderit, non nisi per multa exiliet lustra Am.
Marcell. lib. 30.


F I N I S.

X 2874408

94 A 7386

VD 17






B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



2.

PUBLICI,
DVODECIMA,
DICIIS,
VE ORDI-
CESSV.

onibus ex utroq; Iure, Con-
am. desumpta, & ad ho-
n accommodata.

AM
nte Numine,

ÆSIDIO
ssimorum Virorum:
ANNI, I. V. Doctoris, &
ss, SS. LL. Licentiati,
tatoris & Fiscii.

*s Iuridica, qua est in alma Vbio-
gio, publica disquisi-
bmittit.*

THOF Tremoniensis,
anno 1629.

GRIPPINÆ,
ich, prope Augustinianos.

